Imprimis dicimus et pronuntiamus, quod nostrae intentionis non est, jus praefati domini nostri episcopi Trajectensis vel alicujus alterius, extra personas compromittentes et eorum monasterium, in dictis monasteriis et personis eorundem sibi competens de jure vel de consuetudine, aliquatenus tangere seu ei detrudere vel praejudicare per hanc nostram pronuntiationem, sicut nec possumus nec debemus. Item visis et auditis et inspectis literis et privilegiis et instrumentis et probationibus, per easdem partes nobis ministratis, quas et quae dictae partes coram nobis, eis utendo pro juris sui defensione, producere curarunt, communicato etiam nobis super hoc virorum prudentum et jurisperitorum consilio ac sana prehabita deliberatione, cuidam pronuntiationi, a se et domino Frederico Trajectensi episcopo inter dictas partes consultius inhaerentes, pron(un)ciamus, dicimus et arbitramur, abbatem, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, dicti monasterii in Oestbroic electioni priorissae ac assumptioni et creationi et receptioni monialium dicti monasterii in Vrouwenclooster, quando et quotiens opus fuerit et casus vacationis occurrit et facultas se obtulit et offeret, debuisse et debere interesse, non tamquam jus aut vocem in hujusmodi electione, assumptione, creatione seu receptione aliquatenus obtinentem, sed tanquam consiliarium et ipsas moniales in judicia suae conscientiae salubriter dirigentem. Debuitque et debet in futurum abbas pro tempore dicti monasterii in Ostbroic per priorissam aut senioremonialem juxta suae receptionis ordinem ipsius monasterii in Vrouwenclooster, prioratu dicti monasterii vacante, ad electionem futurae priorissae seu assumptionem, creationem et receptionem monialium hujusmodi ad certum diem et horam competentes legitime evocari, ad quos diem et horam sive venerit sive non, ad electionem, assumptionem et receptionem praedictas potuit et poterit procedi, ipsius abbatis debito expectati absentia non obstante. Et quod electiones, receptiones et assumptiones aliter factae, ipso abbate absente nec vocato legitime, ut praemittitur, tam vigore consuetudinis sic praescriptae et obtentae quam ordinationis et pronuntiationis praefati domini quondam Frederici episcopi Trajectensis, esse debuerunt, fiunt, sunt et erunt nullae, cassae et irritae ipso facto, in favorem dicti abbatis et sui monasterii praedicti, suum super hoc interesse persequi volentis et contemptum; salvo tamen, quod praefatus dominus Jacobus occasione alicujus vel aliquarum electionum, receptionum, assumptionum et collationum sanctimonialium per praefatam dominam Mechtildim et conventum monialium in Vrouwencloester suis temporibus usque in diem hodiernum, praefato domino abbate ad eas non vocato, quomodolibet factarum suum contemptum aut interesse propter bonum pacis nullatenus persequetur, nec eas quocumque colore hujusmodi occasione aliquatenus impugnabit, nec quaestionem faciet eisdem priorissae et conventui seu monialibus sic receptis nec movebit directe vel indirecte. Pronuntiamus et dicimus insuper, ad abbatem pro tempore monasterii in Ostbroec praedicti spectasse et spectare debuisse et debere et ad eum pertinuisse et pertinere, priorissam ipsius monasterii in Vrouwenclooster

electam episcopo Trajectensi pro tempore pro electionis suae confirmation(e) obtinenda praesentare ac etiam praesentabis, nisi id forsitan callide vel malitiose, plus debito super hoc requisitus, facere distulerit et detrectaverit, necnon etiam spectasse et spectare ad eundem abbatem, hujusmodi priorissam electam et confirmatam in stallum seu sedem consuetam mittere ac ipsius prioratus possessionem corporalem. Item dicimus, laudamus et pronuntiamus, ad dictum abbatem monasterii in Oestbroec pro tempore pertinuisse et pertinere debuisse et debere, sanctimoniales dicti monasterii in Vrouwenclooster vestire et velo professionis velare et ad professionem expressam admittere in manus ejusdem faciendam. Insuper pronunciamus, dicimus ac arbitramur, abbatem dicti monasterii in Oestbroec pro tempore post suam creationem in jocando suo adventu in Vrouwenclooster habuisse et habere jus nominandi praedictis priorissae et conventui monasterii in Vrouwenclooster, et potuisse et posse et consuevisse nominare unam puellam idoneam, per dictam priorissam et conventum vel ipsum conventum monialium, prioratu ipsius monasterii vacante, in monialem ejusdem monasterii, si forsitan tempore videlicet nominationis hujusmodi aliquam monialem inibi de certo numero ipsarum deesse tunc contingebat seu contingit aut continget, assumendam. Alioquin quam primum aliquam anibi de dicto numero deesse contingeret seu locum vacare, praefata priorissa et conventus seu ipse conventus, prioratu vacante, eandem sic eis nominatam puellam in earum monialem et sororem et in locum post creationem et nominationem hujusmodi primo vacantem absque contradictione quacumque, salva sedis apostolicae auctoritate, recipere et assumere et admittere tenebuntur et tenentur; quodque receptio post creationem dicti abbatis et nominationem per eum, ut praemittitur, factam de quacumque persona alia et assumptio seu creatio in monialem dicti monasterii per priorissam et conventum communiter vel divisim, quomodolibet attemptata fuit, esse debuit et est et fuisse et esse consuevit et erit in futurum, in favorem ipsius abbatis et juris monasterii sui in Oestbroec, cassa, irrita atque nulla. Et quia post creationem dicti domini Jacobi in abbatem dicti monasterii in Oestbroec et nominationem ipsius de certa puella ydonea ipsis priorissae et conventui factam per eas in monialem dicti monasterii assumendam nonnulla loca per obitum monialium in dicto monasterio vacaverant, ad quae praefata priorissa et conventus monialium in Vrouwenclooster, sprete nominatione dicti abbatis, contra hujusmodi consuetudinem ac pronuntiationem dicti quondam Frederici episcopi puellas alias in moniales receperunt minus debite, pronunciamus propter bonum pacis, quod praedictus dominus Jacobus extunc, quando sibi placuerit, stantibus et remanentibus nichilominus praefatis consuetudine et pronuntiatione in suo robore et vigore quoad hunc articulum, praesentabit eisdem dominabus priorissae et conventui unam puellam ydoneam, quam ipsa priorissa et conventus absque contradictione quacumque sub poena, in dicto compromisso in nos facto expressa, recipere tenebuntur in eorum monasterium, sibi in et sub habitu regulari dicti monasterii de communibus dicti monasterii proventibus, nisi ipse abbas voluntarie in hoc casu ipsum monasterium in parte vel in toto duxerit relevandum, expensas ministrare, donec facultas se obtulerit, quod praedicta priorissa et conventus hujusmodi puellae de certo loco moniali vacante intra numerum vel alias duxerint providendum; ita tamen, quod si alias facultas ad is se non obtulerit, tenebuntur ipsa priorissa et conventus eidem puellae locum primum, qui inibi vacaverit, assignare et eam loco primae monialis infra numerum in dicto monasterio de futuro in monialem recipere et sororem. Praeterea dicimus et pronunciamus, prout ordinatio dicti quondam domini Frederici episcopi Trajectensis obtinet, quod abbas pro tempore dicti monasterii in Oestbroec una cum commissario sibi per episcopum Trajectensem [*ontbreekt: designato, of een dergelijk woord], assumptis secum duobus monachis sui monasterii bonae vitae et conversationis honestae, praedictas priorissam et sanctimoniales statumque monasterii et conventus ipsarum semel quolibet anno visitare poterit et corrigere excessus incorrectos, notorios et enormes juxta regulam sancti Benedicti et monasticam disciplinam, correctione excessuum cotidianorum ipsi priorissae pro tempore de consilio sui conventus vel majoris partis reservata per eam facienda. Item pronunciamus et dicimus arbitrates, prout in ordinatione dicti quondam domini Frederici fuit et est cautum, quod nulli monialium dicti monasterii in Vrouwenclooster extra suum monasterium stare aut moram trahere liceret ultra duos dies de licentia priorissae suae, sed si exigente necessitate vel utilitate dicti monasterii in Vrouwenclooster aut infirmitatis aut alia quaevis justa et rationabilis causa eam suaderet per amplius extra ipsum monasterium moram facere debere vel oportere, hoc non aliter fiet nisi cum licentia dicti abbatis pro tempore et priorissae petita, obtenta et expectata. Quam licentiam si priorissa concesserit et abbas pro tempore licentiam hujusmodi moniali petiturae requisitus impertiri recusaret vel plus debito malitiose differret, extunc pro hujusmodi licentia impetranda ad episcopum Trajectensem recursus habeatur. Pronunciamus insuper et dicimus et arbitramur, quod abbas dicti monasterii in Oestbroec cum consilio priorissae et conventus dicti monasterii in Vrouwenclooster monachum de discretioribus et magis ydoneis sui conventus ipsis priorissae et conventui in Vrouwenclooster in confessorem tenebitur deputare, qui etiam ipsis priorissae et sanctimonialibus ejusdem monasterii, prout in ordinatione dicti domini Frederici olim Trajectensis episcopi cavetur, ecclesiastica Sacramenta ministrabit, quemadmodum ab olim fieri inibi est consuetum. In quem monachum si praedicti abbas et priorissa concordare non poterunt assumendum, extunc pro eo constituendo ad episcopum Trajectensem pro tempore recursus habeatur, qui de eo providebit. Cui quoque monacho sic assumpto abbas dicti monasterii in Oestbroec pro tempore triginta libras monetae Trajectensis, dicta priorissa ac conventus in Vrouwenclooster viginti libras ejusdem monetae de

bonis communibus dictorum monasteriorum suorum singulis annis, habito tamen respectu ad ratam temporis, si eum ex causa aliqua recedere, revocari, discedere aut cedere contingeret, tenebuntur pro sua competentia ministrare, salva tamen episcopo Trajectensi pro tempore facultate hujusmodi portionem augmentandi vel commutandi, si sibi, temporis qualitate vel caristia, personarum conditione ac facultatibus monasteriorum attentis et consideratis, videbitur expedire, dictamque pecuniam singulis mensibus pro rata temporis ipsi monacho tenebuntur ministrare. Oblationes etiam, quae in altari dicti monasterii in Vrouwenclooster in Introitu Missae, et quatuor denarii primi, qui post Offertorium offeruntur, una cum donatis et legatis eidem monacho sibi soli in supplementum competentiae suae remanebunt. In receptione quoque monialium percipiet idem monachus confessor petantiam seu caritatem debitam et aequalem simplici moniali. Et si hujusmodi monachus confessor infirmitate aut aliquo alio justo impedimento servire in dicto monasterio forsan impediretur vel abesset, abbas alium monachum ydoneum sui monasterii in expensis dicto confessori competentibus, durante hujusmodi impedimenti causa, juxta ratam ipsis subrogabit. Capellanum vel secularem ydoneum non suspectum pro divini cultus augmento, si eum habere voluerint, dicti priorissa et conventus sanctimonialium de consilio dicti abbatis assumere poterunt et valebunt. Insuper pronunciamus et arbitramur, procuratorem, provisorem seu administratorem, seu quocumque alio nomine vocetur, bonorum dicti monasterii in Vrouwenclooster coram priorissa et conventu in Vrouwenclooster, praesente abbate pro tempore ad hoc vocato, semel singulis annis computum de perceptis et per eum ministratis reddere debere et fidelem rationem; et eo reddito, quicquid ibidem reformandum vel emendandum occurrerit, id dicti abbas et priorissa, assumptis conventu sanctimonialium seu personis discretioribus ejusdem, si necesse fuerit, concorditer reformabunt, si concordare poterunt; alioquin id domino episcopo Trajectensi sine morae dispendio denunciatur reformandum. Cujus quidem procuratoris seu provisoris constitutio et destitutio ad priorissam et conventum sanctimonialium praedictos cum consilio dicti abbatis pro tempore, quoties hujusmodi constitutio seu destitutio imminet facienda et opus fuerit, pertinebit; et siquid circa id dissensionis vel difficultatis emerit, illud ad episcopum Trajectensem pro tempore decidendum et ordinandum referetur; et siquid forsan deductis expensis dicti monasterii in Vrouwenclooster necessariis interesse contigerit, id cum consilio dicti abbatis in usus ipsius monasterii convertetur. In ceteris vero, scilicet dedicationibus, prandiis, processionibus, subjectionis jure, confraternitatibus aut quibusvis aliis commerciis praedicti conventus et monasteria nichil commune habeant, vitandae suspicionis causa, nec abbas in Oestbroek cum suo conventu ultra et praeter praemissa a dictis priorissa et conventu ratione subjectionis aut dependentiae aliquid juris requirere aut exigere praesumat aut in eis vindicare. Praeterea, quia invenimus, priorissam et conventum ab antiquissimis temporibus citra fuisse bona fide et hodie esse in possessione pacifica juris in Scarpenborch Trajectensis diocesis et quieti, salva quaestione praesenti, quam quidem curtum cum suis pertinentiis praefatus abbas monasterii in Ostbroec dicit ad se et suum monasterium praedictum pertinuisse et pertinere, et ad hoc probandum coram nobis produxerit quaedam privilegia et literas, super hoc a quondam domino Godebaldo episcopo Trajectensi et domini quondam Hereberti ipsius successoris ipsi monasterio in Ostbroec concessa et concessas, ut prima facie videbatur; set quia de proprietate ipsius curtis cum suis pertinentiis ad plenum nobis liquere non potuit nec potest per ea, quae vidimus, audivimus et cognovimus, ut super ea in petitorio pro aliqua partium certam pronuntiationem facere possimus, pronunciamus et dicimus propter bonum pacis, quod priorissa et conventus in Vrouwenclooster dictum curtum Scarpenborg possideant, uti de praesenti possident, salva ipsi abbati et conventui quaestione proprietatis, de et qua, cum ipsis visum fuerit, coram suo iudice competente valeant experiri et habeant agendi facultatem, sic tamen quod decimae in Scarpenborch, quas olim Helias de Wercundem ab ecclesia Trajectensi in feudum tenuit et quas interveniente auctoritate Johannis olim electi Trajectensis monasterium in Vrouwenclooster vendidit et resignavit, ut in literis ejusdem electi clare patet, praefatis priorissae et conventui in Vrouwenclooster libera in perpetuum remanebunt, super quibus dicto abbati et ejus monasterio perpetuum silentium imponimus. Item quia abbas et conventus in Oestbroec dicit, praefatas priorissam et conventum in Vrouwenclooster indebite percepisse et percipere decimas, provenientes ex agris, infra duas vias in jurisdictione dicti abbatis consistentibus, pro eo et ex eo quia omnes decimae praesentes et futurae, ex agris omnibus et singulis infra suam jurisdictionem consistentibus provenientes, ad eundem abbatem et suum monasterium pertinent, ut dicit, et spectare et pertinere consueverunt, et ad hoc probandum quoddam privilegium dicti Godebaldi episcopi producens coram nobis, pronuntiavimus, dictas priorissam et conventum dictas decimas inter duas vias praedictas provenientes debere possidere, uti nunc possident, et percipere in futurum, salvo ipsi abbati et suo monasterio quaestione proprietatis et super ea coram iudice competente experiendi facultate loco et tempore oportunis. Item super eo quod abba in Oestbroec praedictus dicit, suum monasterium singulis annis dampnificatum fuisse a multis temporibus citra in quinquaginta libris annuatim, ex eo quod ipsa domina priorissa et conventus in fundo suo et monasterii sui infra suam jurisdictionem a decem annis citra habuerunt et tenuerunt unum molendinum constructum, quod eis aut alicui alteri infra suam jurisdictionem absque suo consensu dicit dictus abbas non licuisse nec licere, pronunciamus et dicimus, quia invenimus terram, in qua dictum molendinum est constructum, dictas priorissam et conventum ab ipso monasterio in Oostbroec in emphiteusin obtinuisse et obtinere, eidem abbati super hujusmodi sua petitione dampni perpetuum silentium imponendum fore duximus, praesentibus

imponentes. Insuper de aquaeductu, quem idem dominus abbas suo et monasterio in Vrouwenclooster dicit esse communem, pronunciamus, observandum fore et fuisse super eo, quod in literis dominorum Giselberti domini de Yselsteyne et Suederi domini de Abcoude plene conteneretur ipsorum sigillis sigillatis. Insuper quia priorissa et conventus monasterii in Vrouwenclooster dicunt, se habere venum commune cum abbate et conventu monasterii in Oestbroec et ad id ostendendum priorissa et conventus in Vrouwenclooster produxerunt inter alias probationes quamdam literam compromissi et cujusdam pronuntiationis factae, cujus vigore inter dictas partes super hujusmodi veno in et per quondam dominum Jacobum, decanum ecclesiae sancti Johannis Trajectensis [*ontbreekt: compromissum fuit, of iets dergelijks], praefati quoque abbas et conventus in Oestbroec, dicentes illud idem venum solum ad se et suum monasterium pertinuisse et pertinere, eosque et suum monasterium fuisse solum et in solido in possessione dicti veni et juris fodiundi cespites in eodem, et ad id probandum produxerunt privilegium quoddam Mechtildis reginae Romanorum, quae de dicto veno donationem ipsi monasterio in Oestbroec videbatur fecisse, ac privilegium Henrici quinti imperatoris, hujusmodi donationem, ut videbatur, confirmantis, necnon privilegium quoddam Godeboldi Trajectensis episcopi ac privilegium Frederici imperatoris, pronunciamus et dicimus, praefatum dominum abbatem et ejus conventum et suum monasterium debuisse et debere lebere uti frui dicto veno et jure fodiendi cespites in eodem, et uti possident ita possidere, donec coram iudice competenti dicti priorissa et conventus legitime probaverint et ostenderit in iudicio petitorio, proprietatem dicti veni in toto vel in parte, pro diviso vel indiviso, ad se et suum monasterium pertinere. Quam quaestionem proprietatis agitandam, cum eis videbitur, et jus proprietatis, si quod eisdem competat, expresse reservamus. Item super censu duorum agrorum, quos colit Henricus Strijcvelt, quem abbas dicit esse censum novem pullorum, et priorissa sex pullorum, pronuntiamus, dictum dominum abbatem in censu sex pullorum singulis annis debere contentari in futurum. Item super omnibus aliis et singulis quaestionibus, disceptationibus, litibus et causis, inter dictas partes hinc inde nobis traditis et usque in hodiernum diem exortis et motis, salvo jure utrique parti in superiori nostra pronuntiatione reservato et ipsius prosecutione, praedictis partibus perpetuum imponimus silentium, alteram partem ab alterius partis impetitione praesentibus absolventes. Praeterea expensas hinc inde per dictas partes tam in iudicio quocumque quam extrajudicialiter quovis modo occasione quaestionum, litium et disceptationum hujusmodi factarum ex causa compensavimus, ipsas hinc inde dictis partibus remittentes, super ipsis et processibus praemissorum occasione habitis et obtentis eisdem perpetuum silentium imponimus per praesentes. Item si qua forsitan in posterum dubia vel ambigua super praemissis vel ipsorum aliquo aut eorum occasione oriatur vel occurrat, ea nostrae declarationi reservamus, ipsum compromissum quoad is cum omnibus suis clausulis ex potestate a dictis partibus nobis expresse tradita prorogantes. Item sub poena in dicto compromisso expressa arbitrando praecipimus dictis partibus, ut hujusmodi nostram pronuntiationem ratificent et omologent expresse, et in signum omologationis hujusmodi sigilla sua praesentibus nostro sigillo sigillatis appendant et apponant. Et consentient et supplicabunt ipsae partes, quod hujusmodi arbitrii executio, cum opus fuerit, fiet contra partem quamcunque, ipsi pronuntiationi nostrae non parentem in parte vel in toto, per dominum episcopum pro tempore Trajectensem, tanquam super re rite iudicata.

In quorum omnium testimonium hanc nostram pronuntiationem et arbitrium per Lambertum de Weitt notarium infrascriptum scribi et publicari et in formam publicam redigi mandavimus, nostrique ac dictarum partium sigillorum appensione muniri. Acta et pronuntiata sunt haec in choro ecclesiae Trajectensis, sub anno Nativitatis Domini MCCCL sexto, indictione nona secundum usum ac consuetudinem civitatis et dioecesis Trajectensis, mensis Octobris die tertia, hora hujus diei quasi sexta, praesentibus viris venerabilibus et honestis dominis Henrico de Weyda, decano, Philippo de Gronevelt, praeposito Eltensi, Johanne dicto Spirinc, Henrico Born et Johanne de Apsteden, Majoris, magistro Johanne de Borselia, Johanne de Ysendike et Giselberto de Broechusen, sancti Salvatoris ecclesiarum Trajectensium cononicis, necnon Johanne dicto Brune, Petro de Wede, Arnolde de Campo, Henrico de Attendoren et Dyghero Johannis presbyteris, dictarum Majoris et sancti Salvatoris ecclesiarum Trajectensium perpetuis vicariis, et quampluribus aliis viris fide dignis, videlicet cononicis, monachis, presbyteris, notariis publicis, clericis et laicis, ad praemissa ibidem vocatis specialiter et rogatis.

Et nos Jacobus abbas totusque conventus in Oestbroec ordinis sancti Benedicti Trajectensis diocesis, nosque Mechtildis priorissa et conventus sanctimonialium in Vrouwencloester dictae Trajectensis diocesis hujusmodi arbitrium et pronuntiationem expresse ratificamus et approbamus, et sigilla nostra ac conventuum nostrorum in signum ratificationis et omologationis hujusmodi praesentibus duximus apponenda, volentes et consentientes expresse et supplicantes, quod reverendus pater dominus Johannes, nunc episcopus Trajectensis, ipsiusque successores pro tempore episcopi Trajectenses hujusmodi arbitrium et laudum contra nos forsitan, quod absit, hujusmodi pronuntiationis transgressores seu violatores in toto vel in parte, tanquam rem rite iudicatam exequatur eosque, qui ipsius arbitrii reperti fuerimus contemptores et rebelles, ad ejus observationem et satisfactionem perpetuis temporibus per censuram ecclesiasticam quacumque submota exceptione cogat et compellat. Datum et actum anno Nativitatis Domini, indictione, mense, die, hora et loca ac praesentibus viris discretis supradictis.

1354, mei 27. Jan van Arkel, bisschop van Utrecht, bevestigt de uitspraak van bisschop Frederik van Zyrik d.d. 26 februari 1322 [zie Laurensabdij 11 folio 114r-117r] inzake het bestuur van de abt van Oostbroek over het Vrouwenklooster, en geeft nadere bepalingen.

[opschrift: Pronunciationes Frederici et Johannis, episcoporum Traiectensium, in dissentionibus inter Abbatem et conventum in Oestbroick et Priorissam et conventum sanctimonialium in Vrouwenkloister. 1322 et 1354.]

Johannes Dei gracia episcopus Traiectensis. Pastoralis officij debitum, quo ecclesijs et monasterijs ac personis ecclesiasticis nostre ciuitatis Traiectensis et dyocesis, quarum cura nobis imminet generalis, astringimur, assidue nos compellit, vt circa eorum statum prosperum dirigendum vtiliter et feliciter et agendum primis (?) studijs intendamus, personis ipsis, turbationum submota materia, de pace et concordia prouisuri, quatenus eo fervencius diuinis vacent officijs et ad Dei cultum augmentandum vtilius se jmpendant. Dudum siquidem felicis recordationis dominus Ffredericus de Zyrck, noster predecessor, cupiens jnter religiosas personas Abbatem et conuentum monasterij sanctj Laurencij jn Oistbroick, ordinis santj Benedicti, dicte nostre dyocesis, ex parte vna, et priorissam ac conuentum sanctimonialium monasterij in Vrouwenkloister, eiusdem ordinis, ex altera, super diuersis articulis infra scriptis questiones et turbationes exortas submonere, compositionem et ordinationem fecit vigore compromissi, per dictas partes jn eum liberaliter facti et recepti, cuius compositionis tenor dinoscitur esse talis:

[volgt de tekst als onder Laurensabdij 11 folio 114r-117r]

Et ego Henricus de Oestmersem, clericus Traiectensis dyocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, pronunciationi, arbitrio, diffinitioni et declarationi predictis et alijs omnibus et singulis superscriptis, factis et recitatis de mandato reuerendi patris domini Ffrederici episcopi Traiectensis predicti per decretum virum, magistrum Hermannum de Renen, clericum suum, vna cum testibus predictis anno, jndictione, mense, die, hora et loco supradictis presens jnterfui, ea vidi et audiui et de mandato dicti domini Episcopi in hanc publicam formam redegei, meoque signo consueto signaui rogatus.

Verum cum licet per predictam nostri predecessoris ordinationem ad sedandum premissas questionum materias extunc sufficienter prouisum credebatur, quia tamen, dictis postmodum partibus nonnullos dicte compositionis articulos et eorum effectum in dubium reuocantibus et alias de nouo jnsurgentes inter se mouentibus questiones, necessarium est, vt experimento didicimus, monasterijs et personis de meliori remedio prouidere: compromissum siquidem per dictas partes sub pena ducentorum scudatorum auri tociens committenda, quotiens alterutra partium contra nostram ordinationem infrascriptam committeret, pacto nichilominus manente rato, in nos factum, recepimus, nostro arbitrio, pronunciationi et ordinationi ac declarationi stare promittentes; jn cuius compromissi vigore pronunciauimus, ordinauimus et arbitrati sumus, pronunciamus, ordinamus et declarationem fecimus et facimus in hunc modum. In primis ordinationem, compositionem et pronunciationem per dictum nostrum predecessorem, vt premittitur, inter dictas partes factam, saluis per nos adiectis et additis et declaratis, vt infra sequitur, jn omnibus et per omnia, innouantes vim habere volumus et effectum. Item declarando et addendo pronunciamus, quod electioni future priorisse necnon computationi reddituum monasterij in Vrouwenkloister imminentibus, quam computationem singulis annis, nobis aut vicario nostro presentibus, vel certa die nobis intimata, qua computari debeat, interesse expresse rennuentibus, fieri volumus legitimo cessante impedimento, abbas dicti monasterij jn Oestbroick intererit, assumpto sibi socio sui monasterij bone fame ac honeste conuersionis, qui socius, prestito prius juramento, promittet agenda et facienda, acta et gesta ibidem, que viderit et audierit, fideliter celare, nec in damnum vel preiudicium monasterij ipsius jn Vrouwenkloister vel personarum eiusdem aliquatenus reuelare, sed ipsum factum ibidem imminens ad bonum pacis et concordie laborando fideliter derigere pro posse suo; quodque idem abbas, pro tempore, correctioni et punitiioni excessuum, delictorum et commissorum sub forma et modo jn dicta superius pronunciatione sibi reseruatis, nisi nobis aut vicario nostro generali presentibus aut requisitis et interesse recusantibus, nullatenus se intromittet. Nec abbas, nec priorissa procuratorem seu negociorum gestorem dicti monasterij in Vrouwenkloister, etiamsi jn ipsum concordauerint, destituent jn futurum, seu constituent absque nostra aut successoris nostri licencia et consensu. Insuper pronunciamus, quod priorissa et conuentus monialium in Vrouwenkloister debita contrahere et sigillo suo contractus huiusmodi roborare non presumant, nec curtes vel predia, quas per se vel conuersos suos hactenus coluerunt, valeant axtraneis ad firmam dare personis, vel culturam, quam hactenus per se exercuerunt, dimittere seu quomodolibet immutare, nec pecora jn toto vel jn notabili parte detrahare absque Abbatis in Oestbroick, qui pro tempore fuerit, consilio, ac nostro consensu et causa rationabili nobis exposita et etiam approbata. Preterea pronunciando et ordinando addicimus, ne aliqua monialium dicti monasterij jn Vrouwenkloister, de licencia etiam

Abbatis monasterij in Oestbroick, vltra vnum vel duos dies extra cepta sui monasterij abesse vel stare presumat sine et absque vigentis necessitatis seu vtilitatis causa dicti monasterij vel persone, ea prius priorisse ipsius monasterij, pro tempore, exposita et per eam approbata; et extunc eadem priorissa post huiusmodi cause approbationem per suum proprium nuncium honestum sexus virilis, iuratum sibi vel conuentui suo, videlicet cappellanum vel conuersum dicti monasterij, ab Abbate monasterij in Oistbroick, pro tempore, expositis et significatis sibi prius causis absencie huiusmodi ipsis vnus vel duorum dierum spacium excedentis, licentiam abessendi et consensum dicti Abbatis pro dicta moniali impetrabit; quam licentiam si prefatus Abbas maliciose aut sine causa distulerit aut recusauerit impartiri, aut in monasterio suo presens non fuerit et infra vnus diei spacium venire non speretur, aut ipsam abbaciam jn Oistbroick vacare contigerit, extunc pro huiusmodi licencia ad nos seu nostrum vicarium predictum recursus habeatur. Per premissa tamen non intendimus, priorisse dicti monasterij in Vrouwencloister aut eius potestati in licencia dictis monialibus tam de statuto, quam regularj obseruancia, consuetudine aut jure debito, de breuiori vnus vel duorum dierum spacio abessendi concedenda, aliquatenus derogare. Item addendo et declarando dicimus et ordinamus, quod, si abbas et priorissa dictorum monasteriorum, pro tempore, in assumendo monachum de et ex monasterio in Oestbroick predicto in confessorem monialium monasterij in Vrouwencloister, vel in assumptum monachum destituendo, nequiuert concordare infra quindecim dies postquam assumptionis vel destitutionis huiusmodi casus occurrerit, extunc assumptionem vel destitutionem huiusmodi nobis aut nostro vicario predicto expresse reseruamus. Addicimus insuper, quod Abbas dicti monasterij in Oistbroick prefato monacho, sic ad officium confessionis audiende assumpto, sicut alteri dicti sui monasterij monacho in pane et ceruisia portionem monachalem integre assignare et dare et viginti libras denariorum, quorum triginta solidi vnum scudatum bonum aureum iusti ponderis communiter valebunt possintque velare et non minus, annis singulis soluere teneatur, dictaque priorissa etiam eidem monacho, duranti in officio predicto, viginti quinque libras denariorum predicti valoris annuatim ministrabit; ita tamen, quod singulis mensibus annuam huiusmodi Abbas et priorissa pro rata huiusmodi pecuniam soluere tenebuntur; oblationes etiam que jn altari dicti monasterij jn Vroucloister, jn introitu misse, et quatuor denarii parui post offertorium offerendi, vna cum donatis et legatis ipsi monacho, eidem in supplementum sustentationis sue soli remanebunt; in receptione insuper sanctimonialium percipiat idem monachus confessor pitanciam seu caritatem debitam et equalem simplici moniali; huiusmodi quoque assignata dicto monacho pro sua competencia moderandi et augendi, si opus fuerit, potestatem nobis reseruantes. Si vero dictus monachus confessor dictarum monialium confessioni huiusmodi audiende causa infirmitatis aut necessitatis aut aliquo alio impedimento prepeditus vacare nequiuert aut neglexerit, prefatus abbas alium monachum idoneum sui monasterij in expensis sustentationis dicti confessoris, huiusmodi causa durante, pro rata temporis subrogabit. Insuper omnium aliarum et singularum questionum et dissensionum (materias?), jnter dictas partes super proprietatibus, possessionibus, molendinis, veno, espitum fodinis, seu turbonum fodinis et jure fodiendi cespites seu turbones jn eisdem, habitatum, nostre declarationi et decisioni specialiter reseruamus. In quorum omnium testimonium, presentis nostre innouationis, ordinationis et declarationis litteras nostro mandauimus et fecimus sigillo sigillari, quas etiam, in signum emologationis et ratificationis expresse dictarum partium, sigillis Jacobi, abbatis, et Mechteldis, priorisse, monastorium predictorum ac conuentuum eorundem volumus communiri. Et nos Jacobus, abbas, et Mechteldis, priorissa, dictorum monasteriorum ac conuentuum eorundem, in signum emologationis et approbationis, ordinationis et pronunciationis predictae, nostra ac conuentuum nostrorum sigilla presentibus duximus apponenda. Datum et actum Traiecti sub anno natiuitatis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, mensis Maij die vicesima septima.

S.Laurensabdij 12 folio 11^r

1259, november 7. Bisschop Hendrik van Vianden keurt de verkoop goed van de grove en smalle tienden in Zeisteroever, Eeghen en Crosa door Gijsbert van Goye aan de abt en het convent van St.Laurens in Oostbroek, welke tienden Gijsbert van de bisschop en de Utrechtsche kerk in leen hield en waarvoor hij zekere goederen in 't Goy ter recompensatie had afgestaan.

Henricus, Dei gracia Traiectensis episcopus, uniuersis presentem litteram inspecturis salutem in Domino sempiternam.

Ad singulorum noticiam volumus pervenire, quod dilectus in Christo Gijselbertus de Goye, miles, fidelis noster, decimam maiorem et minorem in Soeysterhoever et in Eygen et in Crosa in parrochia de Seyst, quam idem Gijselbertus, miles, a nobis et ab ecclesia nostra Traiectensi tenebat in feudum, de nostro consensu vendidit libere pro pecunia numerata viris religiosis in Christo dilectis Henrico abbati totique conventui sancti Lauwerencii in Oestbroeck, Traiectensis dyocesis, ordinis sancti Benedicti, ipsis successoribusque eorundem in perpetuum iure proprietario possidendam, et dictam decimam in manus nostras ad opus dicti monasterii sancti Lauwerencii pure et simpliciter pre se et suis heredibus sive successoribus in perpetuum resignavit. Ne etiam nos vel nostri successores

ex huiusmodi contractu vendicionis dampnum aut dispendium incurramus, idem Ghijselbertus, miles, in recompensationem dictarum decimarum nobis resignavit tresdecim iugera sita in Goye iuxta domum suam, quorum octo protenduntur de via, qua itur ad domum suam et alia quinque, que emit a Spieringo de Goye, et duas areas, in quibus olim sita fuit capella domus sue in Goye. Nos igitur huiusmodi resignacione recepta et a prelatis nostris et ministerialibus, qui tunc unterfuerunt, approbata dicte vendicioni de eorundem consilio consensum nostrum adhibuimus et ipsas decimas contulimus prefato monasterio sancti Lauwerencii in Oestbroeck in perpetuum iure proprietario possidendas.

In cuius rei testimonium et propriam {sic!} firmitatem presentem litteram sigillo nostro episcopali necnon ipsius Ghiselberti de Goye, militis, premissa omnia ratificari et figurari a nobis humiliter postulantis et sigillis prelatorum nostrorum Petri, decani Maioris ecclesie Traiectensis, Everardi, preposito Tylensis, decani sancti Petri, Henrici, sancti Salvatoris. Iacobi, sancti Iohannis, Engelberti, sancte Marie decanorum, Ernesti de Wlven, Ghijselberti de Zuylen, Philippi de Riningen, Walteri de Amersfoird, militum, Ghijselberti de Amestelle sigillis dicto monasterio sancti Lauwerencii in Oestbroeck tradidimus communitam.

Actum Amersfoirdt anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, in die beati Willibrordi, presentibus testibus subnotatis: Bernardo de Dolre, Iohanne de Luchurst, Iohanne de Davantria, Ludolpho de Utra Vecht, Swedero de Businchem, Stephano de Wijck, militibus, et aliis quampluribus.

S.Laurensabdij 12 folio fol. 12^v

1518, november 4. Schout en buren van het bisschoppelijk gerecht van Zeist verklaren, dat Henrick van Schaeyck, Jan van Zijll en Roeloff wed. van Wouter Ghijsbertssoen hebben getuigd, dat het bisschoppelijk hofgoed geen smalle tiend van schapen, varkens en bijen heeft.

Ick Lambert Dirckss., scout tot Zeyst in mijns lieffs ghenaidichs heeren gherecht van Utrecht, Cors Henrickss. ende Thijman Ottensoen, buerluyden in den gherechte voirs., doen kondt allen denghenen die desen brieff sellen sien of hoeren leesen, dat voer onss quamen in den gherechte voirs. Henrick van Schaeyck, Jan van Zijll ende Roeloff Wouter Ghijsbertssoens wedue, ende hebben ghetuycht bij hoeren eede ende lijfflick ten heylighen gheswoeren vol staeffs eedts mit upgherechten vingeren, soe sij mitten rechte dairtoe ghebrocht worden, dat mijns ghenaidichs heeren van Utrecht sijn hoffguedt gheen en smalen thiende en gheefft van scapen, vercken ende bijen. All sonder argheleest. In kennisse der wairheyt soe heb ick Lambert Dirckss., schout voirs., mijnen seghell opt spacium van desen brieff ghedain van gherechts wegghen over mij selven ende mede over die bueren voirs. om hoere bede wille. Ende wij buere voirs. oirkonden ende tuyghen dit onder des schouten seghell voirs. ende hebben hem ghebeden desen brieff mede over onss te beseghelen mit sijnen seghell, want wij dair mede over ende aen waeren dair dit aldus gescieden als voirscreven staet. Ghegheven int jair onss Heeren dusent vijff hondert ende achthien den vierden dach in novembri.

S.Laurensabdij 12 folio 15^v

1257, juni 28. Bisschop Hendrik van Vianden verleent toestemming aan de S.Laurensabdij en het Vrouwenklooster tot vrije afwatering door de landen en het gerecht van Ludolf Overdevecht langs de Bisschopswetering. {dit is de Groenekanseweg}

Henricus Dei gracia Traiectensis episcopus, universis presentem litteram inspecturis salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, quod nos ecclesias sancti Lauwerencii et beate Marie virginis in Oestbroeck affectu benivolo prosequentes, ipsis et hominibus in ipsarum iurisdictione permanentibus damus presentibus facultatem concensu et voluntate Ludolphi de Ultra Vecht, militis, ad hoc coram nobis expresso exhibito pro se et suis heredibus seu successoribus, ut per terras et iurisdictionem dicti Ludolphi liberum aqueductum habeant per aqueductum, qui theutonice dicitur Bisschopsweteringe, undique infra iurisdictionem dicti abbatis sancti Lauwerencii ex una parte, et iurisdictionem prepositi sancti Iohannis in Traiecto ex altera. Nec dictus Ludolphus aut sui heredes in posterum unquam aqueductum inter terminos prenotatos possunt obstruere aut casu quolibet impedire.

Et ut hoc a nobis et nostris succesoribus et ab ipso Ludolpho et suis heredibus seu successoribus in perpetuum observetur, presentem litteram sigillo nostro et sigillo domini Ludolphi, militis, fecimus communiri.

Datum anno Domini MCCLVII, in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

Vidimus Jacobi episcopi Zudensis, et Henrici eccl. b. Iohannis Traiectensis, 1326, feria sexta post

S.Laurensabdij 12 folio 20^{r-v}

1506, 1 september. Scheidsrechterlijke uitspraak door Adriaan Ram en Gerrit Peterszoon betreffende de tiendbetaling door het klooster Vredendaal buiten Utrecht aan het klooster Oostbroek in de polder Buurveld in De Bilt.

Een ghescheytsbrief tusschen onse convent ende 't convent van Vredendaill, van die derde gherve uut ½ hoeve lands in Buervelt. 1506.

Alsoe een sekere twist ende ghescheell gheweest heeft tusschen den eerweerdigen in Goede, heere abdt, prior ende ghemeene convent van Oistbroick, ther eenre, ende prior ende tghemeene convent van Vredendaill, ter ander zijde, ruerende van een halve hoeve landts die dat conuent van Vredendaill ghecofft hebben van Jacop van Amerongen, leggende in des abts voirg[enoemt] gherecht, in een polre landts gheheten Buervelt, uut welcke polre die abt voirg[enoemt] heeft die thiende ende tgherecht van die derde gherff, welcke gherecht inhoud die tweedeell te seyen ende dardendeell te weyen, nae inhoud der brieven dair off wesende. Soe ist, dat dese twist ende ghescheell ghestadelick, gheheell ende all ghebleven is van beyder parthyen aen onss meester Ariaen Ram ende Gherryt Peterssz[oon], up een peen van vijftich gouden croonen, tot behoiff die een helfft der kercken van den doem 't Utrecht, ende ander helfft ther syeken bij Vredendaill. Wair om soe is onsser beyder eendrachtelick uitspraeke ende seggen, dat 't convent van Vredendaill voirs[creven] deese voirsproeken halve hoeue landts sellen moeghen seyen offte weyen tot hoeren wille ende profijt, sonder eenich letsell, hinder offte wedersegging van den abdt off convent van Oistbroick voirg[enoemt]. Ende des soe sellen die prior ende convent van Vredendaill voirg[enoemt], voer 't gerecht van die derde gherff twee Rijns gulden, twyntich stuver voir den gulden, als t'Utrecht in den budell gancker ende gave sijn inder tijt der betailing, behoudelick nochtants den abt ende convent van Oistbroick voirg[enoemt] hoeren tiende, te betailen upten jairssdach off binnen eenre maent onbegrepen. Ende all ist, dat die prior ende convent van Vredendaill voirg[enoemt] voir dit gherecht van der derde gherff in voirleeden tijden meer pleghen te gheven, nochtants, want die prior ende convent van Vredendaill voirs[creven] veel dienst ende vreenscap in voirleeden tijden ghedain hebben ende noch altijt begheeren te doen dat convent van Oistbroick voirg[enoemt], soe ist onse begheert ende seggen upter peen voirs[creven], dat die abt ende convent van Oistbroick voirg[enoemt] mit dese onse uitspraeke ende seggen sellen hem ghenoege ende te vreden wesen. All dinck sonder arghelist. In kennisse der wairheit, soe hebben wy arbiters ende seggers onsser beyder seghelen aen desen brief ghedain. Ghegeven in't jair onss Heeren dusent vijffhondert ende sess, up sunte Gallen dach.

S.Laurensabdij 12 folio 20^v-21^r.

1297, september 4. Broeder Roelof, Ambronies' broeder, verklaart van abt, prior en convent van Oostbroek in erfpacht ontvangen te hebben een halve hoeve lands, genaamd Buurland.

In Goedens namen amen.

Ick Roeloff broder, Ambronies broder, dho kunt ende tho wetene, dat ick untfaen hebbe van gheestelicken luden dien abbet ende den prior ende meyne convent van Oestbruch eyne halve hoeve landes, die ghelegen is in dien richte dhes abtes ende dhes cloisters van Oistbruch, ende is gheheten Burlant, mit sulcker voirwairt, dat ick alle jair dien richten tweedeell sall saeyen off mijne richte erffnamen ende dat terrendeell weyden, ende dair eyne wech tho the hebbene, die wechlick sij ende moeghelick; dair off sall ick hem gheven elx siaers off mijne erffnamen dien tiende ende die derde gherve vrijlick sonder alrehande archeyt. Voert ist ghevoerwaert, dat ick dat voerseide landt sell verwaeren off mijne erffnamen dien tweedeell van dien dike ende van anderen onghelden, dat dairup vallen mach, ende dat terrendeell dhij abbet ende dat cloister van Oistbruch. Ende wair oich dat saeke, dat ick van desen vorgheseyden lande lite legghen einen morghen offte twee offte alltemaele off mijn erffnamen, soe soude ick offte mijne erffnamen van elcken morghen gheven XII solidos penningen, die ghenge ende gave sijn thot Utrecht, dien abte ende dien cloister van Oistbruch. Ende wairt oich dat sake, dat ick dese voirghenoemde penningen thoe sente Martijns misse in dien winter off bin ach[t] daghen darna nine gave off mijne erffnamen, so soide hij mij dhoen manen off mijne erffnamen. Wair dat ick hem nine betailde off mijne erffnamen, so soide hij mij dhoen panden in mijnen guede, so waer dat hiet voinde, off mijne erffnamen. Ende dade ick dan pantweringe off mijne erffnamen, so waer ick off mijne erffnamen dies landes quiet sonder einegerhande weidertale ende dat vorghesprokene landt weider tho tocomene op dat cloister van Oestbruch.

Opdat dese vorghenomde vorwort vast ende ghestade blive sonder alrehande archeit, so hebbe wij Rotart

van der Sterre, scapene thot Utrecht, ende wij Herman Grawert, scapene thot Utrecht, dhor Rolofes broder, Ambronies broeder, bede wille unsse seghele ghehanghen an desen brieff umme vasticheit dher nacomender dingen.

Dhi was ghegheven an dien jare uns Heeren, als men scrivet dusent tweehundert nighentich ende sevene, dhes wodendaghes na sente Egidyusdaghe.

S.Laurensabdij 12 folio 21^v.

1297, juni 21. Priorin en convent van Vrouwenklooster verklaren van abt, prior en convent van Oostbroek in erfacht ontvangen te hebben een halve en een derde hoeve, genaamd Buurland.

In Godes naemen amen.

Ic pryorinne ende meyne convent van Vrouwenklooster doen cont ende te wetene, dat wij ontfanen hebben van gheesteliken luden dien abt ende den prior ende den meynen convent van Oestbruke eine halve huve lants ende terden deel van eenre hueve, die ghelegghen in den richte des abts ende des cloisters van Oestbruck, ende is gheheten Burlant, met sulker vorwaerde, dat wij alle iaer den richten twe deel sullen sayen ende terden deel weyden, ende daer einen wech toe te hebbene, die wechtlick si ende rechtlic; daerof sullen wij hem gheven elckx iaer den tyende ende die derde garve vrilike sonder alderhande arricheit. Voirt soe is ghevorwert, dat wij dat voirgheseyde lant sullen verwaren dien tweedeel van dien dike ende van anderen onghelde, dat daerop vallen mach, ende dat derden deel die abt ende dat cloester van Oestbrucke. Ende waer oec dat sake, dat wij priorinne of meyne convent van Vrouwenklooster van desen tweedeel lands lieten ligghen einen morghen of twee ofte altemaele, soe soude wij gheven van elken morghen XII solidos penninghe, die ghenghe ende gave syn thot Utrecht, den abt ende den cloister van Oestbrucke. Waer oeck dat sake, dat wij dese voirghenoemde penninghen tot sinte Mertinsmisse in dien wynter of binnen acht daghen daerna neet en gaeven, soe soude hij ons doen manen in onse cloister. Waert dat wij hem niet en betaelden, soe soude hij ons doen panden in onse guede, soe waer dat hiet vonde. Ende dade wij dan pantweringhe, soe ware wij des landes quijt sonder enigherhande wedertale; ende dat voirsprokene lant weder the comene op dat cloister van Oestbrucke.

Opdat dese voirghenoemde vorwaerde vast ende ghestade blive sonder alrehande ariicheit, soe hebbe wij Heinrick, van der Gods ghenade abt thoe sinte Pouwel, ende wij, officiael tot Utrecht, doer dier priorinne ende des meynen convents bede wille van Vrouwenklooster onse seghele ghehanghen aen desen brieff omme vasticheit der nacomender dinghen.

Dit was ghegheven in dien iaren ons Heren, als men screef dusent tweehundert tnegentich ende suvene, des vrydaghes voir sinte Iohannesdaghe tho Mitsomere.

S.Laurensabdij 12 folio 21^v

1366, augustus 9. Overdracht van vijf morgen land op Buurveld door Gheryt Aelbrechtsone die Schriver aan de abdij Oostbroek.

{ folio 21 verso }

4 Een eyghendom van vijff merge lande in Buervelt.
5 Wij Jacop Zoudenbalch, bij der ghenaide Goidts abt tot Oistbroick, maeken kondt
6 ende kenlick allen lude dat voir onss, voir onsse scouten en[de] voir onse buere die hier nae
7 bescreve[n] zijn, ghecomen is in onse gherechte tot Oistbroick Gherryt die Schriver
8 Aelbrechtsone, borgher t'Utrecht, ende gaff ende droich op uut sijnen vrijen wille in
9 onse handt tot onss goidtshuys behoeff van Oistbroick vijff merghen lants enten erff-
10 pacht ende all rechts dat hij dair ane hadde, gheheten Buervelt, onderdeelt also alse
11 ghelege zijn in achtien morghen landts die Vastraedt en[de] Jacop die Wyghelair bruken,
12 also alse hij se voertijts van Alerts erffname van den Veen ende van sijner bastaerdkinder-
13 kinderen ontfanen hadde ende tot zijner behoeff off verteghen hadden, dair die vrouwe[n]
14 van Vrouwenklooster boven naistghelandt zijn ende beneden onse goedtshuys van Oist-
15 broick. Ende verteech dair off clairlicke tot onss goidtshuys behoeff voirs[eyts] also recht ende
16 oerdell wijsde dat hij sculdich was te doen. Hier waren over doe dit gheschiede Jacop
17 Blavoet, onse scout, Loedewick Aernt Ghijsbrechtssone, Hughe Haer, Roeloff Knijff,
18 Willam Jacobs[soen], buere in onse gherecht voirs[creven], ende anders guede lude. In oirconde
19 deser dinghe soe hebben wij, Jacop Soudenbalch, bij der ghenaiden Goedts abt voerge[noemt],
20 voer ons ende over onssen scouten ende buere voirs[creven] om hoerre bede wille desen brieff be-

21 seghelt mit onsse seghete. Ende wij, scouten ende buere voirs[creven], oirconden en[de] tuyghen dat
22 wij hier mede over ende ane waeren dair dit gheschiede also voirscreven is onder segele
23 ons lieffs heer[en] des abts seghell voirs[creven]. Ende hebben hem ghebeden dat hij des[en] brieff
24 mede over onss beseghelt heeft tot eenen oerconde. Ende ick, Gheryt de Scryver Ael-
25 brechtssone, lije ende kenne dat ick dese voirseyde vijff morghen lands enten erffpacht
26 ende all rechts dat ick dair ane hadde clairlicken opghedraegen ende overghegeven
27 hebbe mijnen heere den abt tot des goidshuys behoef van Oesbroick in allen manieren
28 also voirscreven staet ende hebbe om die meerre oirconde mijnen zeghell mede aen
29 desen brieff ghedaen. In kennisse der wairheit ghegeven in 't jair ons Heere[n] dusent
30 drie hondert sess ende 't sestich op Sinte Laurensavont.

S. Laurensabdij 12 folio 21^v-22^r

1388, maart 31. Overdracht voor het gerecht de stad Dordrecht van 4½ morgen en 4 hond land op Buurveld in het gerecht van Oostbroek door Gheraed Uutenleen te Dordrecht aan de vicarissen en koorgezellen van de Buurkerk te Utrecht.

{folio 21 verso}

31 Een eyghendom van een vierdell van 4½ merghen end 4 hondt
32 landts gecofft van d[en] vicariën en[de] altaristen tot Buerkerck t'Utrecht.
33 Aen allen ende eenen yghelicken die dese teghenwoerdige litte[re]n sullen sien ofte horen
34 leesen, sonderlinge eener eersamen wijsen van d[en] inhouden den abt van Oistbroeck off zijnen
35 rechten. Borghermeysters, scepenen ende raed der stede van Dordt, maeken condt ende
